Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

183

parum metropolitanam ibidem
cathedram per futuris temporibus
christi statuit fidelibus. quati-
nus affinium prouinciarum antisti-
tes: hoc est uenecie. ligurie.
emilie. recie. alpiumque coccie.
quicumque futuri erant in sancta
matre ecclesia per has sepedic-
tas prouincias. caput quoddam
et decus insigne post roma-
num pontificem habere debeat
mediolanensis sedis presulem.
His ita sanccitis migrauit ad
christum. perpetua laborum suorum
premia percepturus. depositus
que est viii kl' octobris. Quo eciam
die uenerabiliter colitur sancta
depositio ipsius. ad concilia
sanctorum. Nam de sacratissimi
eius corporis cleba. quia nil
certi usque ad presens corpori
dei solius cui cuncta patent
relinquo noticie. Quod quare
acciderit nulli mirandum.
cum per idem tempus toto pene
orbe ad nomen christi incogni-
to pauefacto et turbato. si
qui erant ex credentibus per la-
tebras qualdam et quas inue-
nire poterint cauernas diui-
nis excubiis fideliter insiste-
bant. non persecucionem in ma-
nissimam pauescentes. sed po-
cius ob credencium augmen-
tum passionem se ad tempus callide
subtrahentes. Ita factum est
ob paganorum uitandum furo-
rem. ut christi sacerdotis huius
preciosissimum occulte a christianis
sepulture traderet. presertim
cum eo tempore neroniana tempe-
stas christianorum incrementa
atrocissime depopularetur.
delegatis per unamquamque pro-
uinciam tam diri operis execu-
toribus. ut in ima tenelle eccle-
sie. seuissimis quateret suarum
furiarum procellis. Quo eciam cur-
riculo temporis petrus et paulus
gloriosissimi sancte fidei preceptores.
et incliti christiani certaminis
bellatores. cruento cesaris
occubuere precepto. non quia
deuicti hostibus colla subinise-
re. sed quia suis sequacibus tam
ualide dimicandi normam
relinquere uoluere.

Passio sancti Mauri martiris.

Sanctus Maurus
cum a parentibus
christianissimis esset
natus. habens mul-
tam substanciam.
et cottidie in orationibus et ieiu-
niis persistens. christo se semper com-
mendabat. Usque iuuenis et
existens omnibus diebus uite sue
elemosinam tribueret. ad ultimum
pauperibus erogans omnia. mona-
sterium ingressus est. Usque com-
plesset ibi in habitu mona-
stico annos decem et octo. et ab
omnibus fratribus diligeretur. et ut
patrem eum omnes uenerarentur.
cupiuit pergere romam ad limi-
na sancti petri. quo auxiliante
domino peruenit. Cum uero illic
demoraretur tribus annis.
eodem tempore imperium obtinens
numerianus impiissimus.

xi kl' dec.